



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleury, Presbyteri, Prioris Argenteliae Et Reg.  
Christianiss. A Confessionibus Institutiones Juris  
Ecclesiastici**

**Fleury, Claude**

**Moguntiae, 1760**


XIV. De beneficis in universum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67899](#)

signamus decimas, quas laici Ecclesiis; hoc,  
quas clerici papæ vel regi pendunt.

- 1) *Num. XVIII. 28.*
- 2) *Cl. ult. de dec. Exiravag. un. eod.*
- 3) *Vid. Commentar. de reb. Cleri Franc. ad caleem  
bujus opuscul.*



## C A P. XIV.

## DE BENEFICIIS IN UNIVERSUM.

## I.

**N**UNC dispiciendum de particulis, in quas *Transitio*, bona ecclesiastica abierunt, deque ratio-  
ne, qua singulis clericis attribuantur, h. e.  
de *beneficiis*, & quibus modis acquirantur vel  
amittantur *beneficia*.


**II.** *BENEFICIUM est officium ecclesia-*  
*sticum, cui certi reditus ita annexi sunt, ut ab* Beneficia  
sunt vel  
sæcularia,  
*eo separari nequeant.* *Beneficia sunt vel sæ-*  
*cularia, vel regularia. Sæcularia sunt Episco-*  
*patus, præposituræ, decanatus, archidiaco-*  
*natus, cancellarius, cantoratus, scholastri*  
*dignitas, thesaurarius, & si qua sunt alia*  
*dignitatum capitularium nomina; canonica-*  
*tus, qui sunt vel sine, vel cum præbenda,*  
*eaque vel integra vel dimidia. Sunt tamen*  
*in Francia duo capitula cathedralium, ex ca-*  
*nonicis regularibus composita, scilicet Apa-*  
*miense & Ucetiense. Porro prioratus, paro-*  
*chiatus, vicariatus perpetui, curæ simplices,*  
*prioratus simplices, sacella.*

vel re.  
gularia,

III. REGULARIA sunt Abbatiae titulatae, officia claustralicia redditibus praedita, ut prioratus conventualis titulatus, officium camerarii, eleemosynarii, hospitalarii, sacristani, cellarii, alia; stationes monachorum veterum non correctorum habent instar beneficiorum, quod nomen tamen non datur nisi officiis proventu gaudentibus. Commendae sunt potius *secularia beneficia*, si spectes eos, quibus conferuntur. Omnia beneficia presumuntur esse *secularia*, nisi probetur contrarium; quia *regularia* originem debent divisioni bonorum, a monachis perperam susceptae: quod magis tolerandum, quam promovendum.

transitio.

IV. DE promotione episcoporum, quae consecrationem semper praecedit, satis dictum. Sed quia presbyteri & ceteri inferiores clerici saepissime ordinantur ante, quam beneficium impetraverint, de beneficiorum provisionibus & collationibus nunc dicendi locus est. Dicam autem primo de collatoribus; tum de dotibus ad beneficia possidenda necessariis; denique de forma collationis.



C A P. XV.  
DE BENEFICIORUM COLLA  
TORIBUS.

I.

Collatio  
olim epi.

OMNIUM officiorum ecclesiasticorum collator principio fuit episcopus, qui etiam